

Universitätsbibliothek Wuppertal

Ivstiniani Avgvsti Historia

Procopius <Caesariensis>

Lugduni, 1594

Sidonii Apollinaris epistula II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-147>

SIDONIUS AGRICO-
LAE SVO S.

Sepenumero postulauisti, ut
quia Theoderici regis Gotho De Theode-
rico rege Go-
thico.
rum commendat populis fa-
ma ciuitatem, literis tibi
forma sua quantitas, vite
qualitas significaretur. Pa-
reo libens, in quantum epistolaris pagina sinit,
laudaturus vitam dulcitatē sollicitius inge-
nuitatem. Ipse etenim est, & illis dignus agno-
sci, queis cum minus familiariter conuinatur.
ita personam suam deus arbiter, & ratio na-
ture, consummata felicitatis dote sociata cu-
mulauerunt. Mores autem huiuscmodi, ve Mores.
laudibus eorum nihil, ne regni quidē defrau-
det inuidia. Si forma queratur, corpore exa-
eto, longissimis brevior, procerior eminentiōr-
Forma sta-
turāque
corporis.
que mediocribus. Capitis apex rotundus, in
patulum à planicie frontis in verticem cesa-
ries refuga crīspatur. Ceruix non sedet ner-
uis, geminos orbes hispidus superciliorum co-
ronat arcus. Si vero cilia flectantur, ad ma-
las medias palpebrarum margo propè perue-
nit. Aurium legulae, sicut mos gentis est, cri-
nium superiacentium flagellis operiuntur. Na-
sus venustissime incuruus. Labia subtilia.

nec dilatatis oris angulis ampliata. Pilis intra nariū antra fruticantibus cotidianas succiso. Barba concavis hirta temporibus, quam insubita vultus parte surgeniem stirpitus tō sor aſiduus genas adusque forſificibus euellit. Menti, gutturis, colli non obesi, ſed ſucculentia laetitia cutis, quæ propius inspecta iuuenili rubore ſuffunditur. N anque hunc illi crebro colore non ira, ſed verecundia facit. Teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulae manus, recedente alio peclius accedens, aream dorsi humilior inter excrementa coſtarum ſpira discriminat: tuberosum eft virum que muſculis prominentibus latus, in succinētis regnat vigor ilibus, corneū femur, interno dia poplitū bene muſcula, maximus in minime rugofis genibus honor. crura ſuris fulta turgenibus, & qui magna ſuſtēt at membra, pes modicus. Si actionem diurnam, quæ eft for-

Occupatio-
nes diurnae.

inſecus exposita, perquiras: antelucanos ſacerdotū ſuorū cœtus minimo comitatu expeditit, grandi ſedulitate veneratur: quimque ſit sermo ſcretus, poſſis animaduertere, quod ſerueret iſtam pro conſuetudine potius, quam pro ratione reuerentia. Reliquum mane curæ admixtandi regni ſibi deputat. Circumſiſit ſellam comes armiger, pellitorum turbas ſatelli tū ne abſit, admittitur, ne obſtrepat, elimi- natur: ſicque pro foribus immurmurat excluſa velis,

sa velis, inclusa cancellis. Inter hæc intro-
missis gentium legationibus, audit plurima,
paucæ respondet. Si quid tractabitur, differt;
si quid expedietur, accelerat. Hora secunda
surgit è solio, aut thesauris inspiciendis vaca-
turus, aut stabulis. Si venatione nunciata
procedit, arcum lateri innectere circa graui-
tatem regiam indicat. Quem tamen, si comi-
nus auem, feramque, aut venanti monstres,
aut vianti, manui post tergum reflexæ puer
inserit, nero lo-rove fluit antibus: quem sicut
puerile computat gestare thecatum, ita mu-
liebre accipere iam tensum. Igitur acceptum
modo insinuatis è regione capitibus intendit,
modo ad talum pendulū nodi parte conuersa,
languentem chordæ laqueum vagantis digito
superlab ante prosequitur, & mox spicula ca-
pit, implet, expellit, quid've cupias percuti,
prior admonet. Eligis quid feriat, quod elege-
ris, ferit. Quòd si ab alterutro errandum est, conuinia
rarius fallitur fagentis ictus, quàm destinan- prandiorū.
tis obtutus. Si in conuinium venitur, quod qui-
dem diebus profectis simile priuato est, non
ibi impolitam congeriem luentis argenti men-
sis sedentibus suspiciosus minister imponit.
Maximum tunc pōdus in verbis est: quippe
quñ illic aut nulla narrantur, aut seria. To-
reumatum, peripetas matimque modo conci-
liata profertur supellex, modo byssina. Cibi

arte, non precio placent: ferula nidore, nō pondere. Scyphorū & paterarū raras oblationes, facilius est ut accuset sitis, quā recusat ebrietas. Quid multis? Videas ibi elegantiā Græca, abundantiam Gallicana, celeritatem Italiā, publicam pompā, priuatam diligentiam, regiam disciplinā. De luxu autē illo sabbatario narrationi mea & supercedendū est, qui nec latentes potest latere personās. Ad cœpta redeatur. Dapibus expleto somnus meridianus sepe nullus, semper exiguis. Quibus horis virrotabula cordi est, tesseras colligit rapide, inspicit sollicitè, voluit argutè, mutit instanter, ioculanter copellat, patienter expectat. In bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutrīs irascitur, in virisq; philosophatur. Secundas fastidit vel timere, vel facere. Quarū opportunitates spernit oblatas, transit oppositas, sine motu euaditur, sine colludio euadit. Putes illos & in calculis arma tractare. Sola est una cura vincendi. Quā ludendum est, regia sequerat tantisper severitatē. Hortatur ad libertatem, communionēmque. Dicam quod sentio, timer timeri. Deniq; oblectatur cōmōtione superati. Et tunc demū sibi cessisse collegat credū, quā fidem fecerit victoria sua bilis aliena. Quodq; mirere, sepe illa leticia minoris occasionibus veniens ingentiu negociorū mea ita fortunat. Tunc petitionibus dñi antē

Precibus
respondit.

per

per patronorum naufragia iactatis absoluio-
nis subita portus aperitur. Tunc ego etiā ali-
quid obsecratus feliciter vincor, quādo mi-
hi ad hoc tabula perit, ut causa seruetur. Cir-
ca nonā recrudescit moles illa regnandi, re-
deunt pulsantes, redeunt summonentes, ubiq;
litigiosus fremit ambitus, qui tractus in vespe-
ram cœna regia interpellante rarescit, & per
aulicos deinceps per patronū varietate dis-
pergitur, usque ad iepus concubis noctis ex-
cubaturus. Sane intromittuntur (quanquam
raro) inter cenandum mimici sales, ita ut nul-
lus conuiua mordacis linguae felle feriatur.
Sic tamen, quod illic nec organa hydraulica
sonant, nec sub phonasco vocalium concentus
meditatum acroama simul intonat. Nullus
ibi lyristes, chorales, mesochorus, tympani-
stria, psaltria canit. Rege solum illis fidibus
delinito, quibus non minus mulcet virtus ani-
mū, quam cantus auditū. Quum surrexit, in-
choat nocturnas aulicas casa custodias. Arma-
ti regie domus, aditibus assistunt, quibus ho-
rae primi soporis vigilantur. Sed iā quid meas
istud ad partes? qui tibi indicanda noīa mul-
ta de regno, sed pauca de rege promisi. Simul
& stilo finē fieri decet, quia & tu cognoscere
viri non amplius quam studia, personāmque
voluisti: & ego non historiam, sed epistolam
confidere curavi. Vale.

Excubia.